Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



re dei genitricis benigne liberatricis suę peccatum quod fecerat maluit episcopo reuelare. quam criminatrices suas aduersa pati permittere. Itaq; ad eum secreto accedens coram se humiliter se prosternens eiq; omnem rei ordinem pandit. Hoc ille audito miraculo. deum in gloriose uirginis & beate dei genitricis ysaiae immensa pietate benedicens. statim duos clericos ad heremitam pro hac causa sollicitus inquirenda transmittit. Venientes ergo illi de puero satisfacientes. & ab homine edocti puerum ea die natum. & a duob; iuuenib; ad eum paulo ante delatum. & ex parte sancte ysaiae sibi commendatum cognouerunt. reuertentes episcopo omnia referunt. Letus ergo pontifex puerum ut mater domini precepit cum homine dei nutriendum. vii. annis permisit. quem post in suam curam susceptum ad litteras posuit. religione ac scientia clarum. successorem sibi idoneum educauit. Nam ipso uitę suę cursu peracto in domino requiescente. ipse ei in episcopatu successit. & beate dei genitricis ac semper nominande uirginis ysaiae uitam. uita & uerbis magnifice predicauit. decedentq; ad tam potentis medicinę dominam. omnes

xx. vii.

egroti uenuant & sanentur. sanati beatam ysaiam correctis moribus studiosis laudibus uenerentur. Nescit ergo miseris deficere pietas sua quę nos omnes misericordię diuissimi filii sui commendet. Qui cum patre & s. s. xxx. vii.

Presul quidam erat dei gratus. ex francorum genere natus. Bonus erat et nomen. quod designat et bonum omen. Iste dei iuxta legem custodiuit suum gregem. Sanctitatis dans exemplum. ysiche helis petit templum. Solus loco in obscuro. deum rogat corde puro. Planctus agit pectus tundit. inter fletus preces fundit. Quę conuenit plebs abscedit. & ad sua quisq; redit. Iste solus ibi iacet. ut diuinę laudi uacet. Custos loca perscrutatur. ne quis ibi relinquatur. Hic manere solus audet. nec se posse capi gaudet. Dum excorde deo pleditur. perscrutantes seruas fallit. Hii recedunt iste orat. & culparum memor plorat. Hora nocturnis intempesta dum reuoluit sua gesta. Dum amaros agit planctus. angelorq; audit cantus. Oblectatur dulci melo. descendente quasi celo. Hanc; uocum. audit. memoriq; condit. claudit. Admiratur tanto sono. tam suauis gaudet tono. Dum precatur dei numen. audit hi